

**VERSION LATINE****LA BIBLIOTHEQUE IDEALE.**

Onerat discentem turba¹, non instruit, multoque satius est paucis se auctoribus tradere quam errare per multos. “Honestius, inquis, huc se impensae quam in Corinthia² pictasque tabulas effuderint.” Vitiosum est ubique quod nimium est. Quid habes cur ignoscas homini armaria e citro atque ebore captanti, corpora³ conquirenti aut ignotorum auctorum aut improbatorum et inter tot milia librorum oscitanti, cui voluminum suorum frontes maxime placent titulique ? Apud desidiosissimos ergo videbis quicquid orationum historiarumque est, tecto tenus exstructa loculamenta : jam enim, inter balnearia et thermas, bibliotheca quoque ut necessarium domus ornamentum expolitur. Ignoscerem plane, si studiorum nimia cupidine erraretur; nunc ista conquisita sacrorum opera ingeniorum in⁴ speciem et cultum parietum comparantur⁵.

SENEQUE

- 1 Turba, ae(f) : une multitude d'ouvrages
- 2 Corinthia, orum, n. = vases de Corinthe.
- 3 Corpora : traduire par “œuvres complètes”
- 4 In + accusatif = “en vue de, pour servir de”
- 5 Comparare = acquérir.